

non aduentitius, & de foris nec temporaliter illum accipientis, sed ab æterno essentialiter illum habentis, quæadmodum & pater. Cuius ratio est, quæ ex patre p eum essentialiter procedit. Et attende, quæ vnus & eiusdem rei rationem reddentes, tam beatus Basilius quæ sanctus Maximus, videlicet cur spūs dicit spūs filij, eandem vterq; reddit. Quia em̄ ex patre per eum procedit, ideo spiritum eius esse, & dici asseuerant. Et quod sanctus Maximus per eum procedere inquit, illud beatus Basilius p eum manifestari dixit, significans idem posse manifestari, atq; procedere. Quod si p eum procedere, p eum esse, & existentiam habere, significat, igitur & p eum manifestari, p eum esse, & existentiam habere, significat. Et ppositio, per, cām hic necessario significat, nec vllō modo aliter capi potest. At Nissenus etiā Gregorius idem pleriq; in locis ait, nō solum cū trinitatē cā & caulato distingui asseuerat, sed etiā in primo suorum cōtra Eunotium librorū, de distinctione diuinæ personæ tractans. Spūs (inquit) patri coniunctus, secundum quæ vterq; increatus est, rursus ab eo distinguitur, eo quod nō esse pater, prout ille est, \* filij vero & secundum quod vterq; increatus est, & secundū quod vterq; ex primo principio suam substantiam habet coniunctus, distinguit ab eo sua proprietate, quæ est, quæ nec vt vnigenitus ex patre productus est, & quæ per ipsum filium sit manifestatus. Et cum creatura p filium sit producta, ne quis putet aliquid cōmune esse spiritui & creaturæ, propterea, quod dicit per filium manifestatus, immutabilitate & immobilitate a creatura distinguit. Hic cū manifeste de diuina vnitate & distinctione sanctus doctor loqueretur, proponit sibi spm̄ sanctum, quæ ad patrem cōparans, & filij, \* inuenit quæ cōmunia eis & vnientia, quæ vero propria & distinguenda sunt. Patri itaq; (inquit) cōiunctus, secundum quæ vterq; increatus est, ac si diceret p aboluta & essentialia, quæ p nomē increati significant. Rursus ab eo distinguit, eo quod non est pater vt ille est. Cum filio vero cōmune habēs, quod vterq; increatus, & omnia eis absoluta cōia sint, cū vna eademq; vtriusq; essentia sit, item quod vterq; deū & patrem sui principij habet, tñ ab eo his duobus distinguit. Primo, quod nō p generationem vt filius, sed p processionem videlicet ex patre sit, ac si diceret, p diuersum substantiæ modum. Secūdo, quod per ipsum filium manifestatus sit. Si igitur, p eum, idē significaret ac, cum eo, prout aliqui somniant, mirum esset profecto, si ideo spūs distinguat a filio, quia cum eo manifestatus, vnitur em̄ hoc modo, non distinguit, & cōiungitur, non diuidit. Nec etiam de diuisione charismatū hic loquitur sanctus doctor, quinimmo de diuinæ personæ distinctione. Nec quisq; habet dicere, spūs per filium in mundo manifestationem p hæc verba significari, primo namq; cum de distinctione personæ hic sermo haberet, quoniam modo temporale hanc manifestationem æternæ rei causam poneret, æternaliter em̄ filius & spūs sanctus personalibus distinguuntur proprietatibus. Neq; dici potest, quod anteq; manifestaretur mundo spiritus, non erant ab inuicem psonaliter distincti. Hoc em̄ absurdissimū etiam cogitare est. Deinde cum opera in creaturam communia trinitati sint, non magis per filium, quæ per seipsum spiritus sanctus manifestatus est, quinimmo ipsum etiam filium spūs glorificauit, & manifestauit, & non minus patrem eundem etiam filius. Quare cum hac ratione a seipso etiā spūs distinguetur, cum seipsum manifestauit, item & a patre filius quoq; & a seipso, & a patre, ob eādem rationem. Sed nec de his vnquam, hoc dictum est, neq; de re nobis proposita, idem dicere conuenit. Quod autem palam arguit has rationes vana refugia esse, illud est, quod spm̄ sanctū volēs a creatura diuinus iste doctor distinguere, cum iam attribuisset spiritui, per filium manifestari, creaturæ, per filium creatam fuisse, tñ mens ne quis propter hoc, quod spiritus & creatura per filium esse dicantur, eiusdem etiam essentia spm̄ cū creatura putaret, mutabilis & immutabilis hæc ab inuicē distinguit, quod spūs q dem per filium manifestetur, creatura vero per filium subsistat, hoc cōmune & idem vtriusq; putans, distinctionis vero alium repertens modum, videlicet, quod illa q dem immutabilis, illa vero mutabilis sit. At si, cum dicit spm̄ per filium manifestari, nō significaret, quod filius substantiæ spūs esset causa, quæadmodum cum dicit, mundum p filium esse factum (hoc em̄ manifeste filij significat cām esse) facilis esset spūs a creatura distinctio. Licuisset em̄ dicere, quod & si vterq; sit per filium, creatura tamē est ex eo tanquam causatum, spiritus vero nō tanquam causatum. Nunc autē hoc non dixit. Quod enim sciebat nō esse verū, dicere nō erat suū, sed aliū distinctiōis modū inuenit, quæ ei verus visus est, & qui solus inueniri potest. Igitur ppositio, per, idem potest, cum dicitur, quod spūs per filium manifestatur, quod cum dicimus, creaturam p filium esse factam.

Sed crea

alias, filio

als, innuit

TH